



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Quibus Totum Hominis Christiani Officium Explicatur; Quídq̄ue is fugere,  
quid agere debeat, quàm exactissimè traditur

**Segneri, Paolo**

**Augustæ Vindelicorum, Anno M.DCCXII.**

**VD18 90637054**

Discursus XVIII. De Errore illorum, qui fiduciâ Confessionis peccant. Duplex ostenditur periculum, quod incurrunt illi, qui peccant, ajúntque se postea confessuros, qui, inquam, morbum contrahunt, eâ ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51667)

nullum sit Sacramentum, ad cuius fructum percipiendum plus nostræ operæ requiratur, quàm ad secundi huius Baptismi, Pœnitentiæ nimirum, tam pronum erit nos omni fructu illius destitui, quàm pronum est in aliquo ex necessariis deficere. Et verò S. Teresa, jam Cælo recepta, cum personæ, suo cultui singulariter adjectæ, videndam se præberet; Filia, agebat, tanta è Christianis multitudo æternùm damnatur ob Confessiones non ritè peractas, ut fidem tuam superet. Non oportet igitur quem-

quam, AA. Dilectissimi, cui animæ suæ salutis cordi sit, eam tanto discrimini expositam relinquere; sed è diverso id omni conatu, atque industriâ agere, ut se de illa expositis hæctenus Cordis, Lingue, Manuum signis, reddat, quàm fieri potest, certissimum; ut hic tantuli temporis intervallo cum veris Pœnitentibus dolendo, mereatur cum Beatis cæli Incolis, abstergeri lacrymis æternùm delictati & gaudere. *In Perse. In cælo. corde contritio, in ore Confessio, in opere tota humilitas; hæc est perfecta, & fructifera Pœnitentia.*

## DISCURSUS XVIII.

### De Pernicioso errore peccantium fiduciâ Confessionis.

**I.** Uo sunt, quæ minùs gratam faciunt medicinam; & quòd amara illa sit; & quòd non omnino semper valetudinis detrimentum reparet. Si tamen dicere volumus, quod res est; utrumque horum potius naturæ, de medicinis nobis prospicientis, beneficentiâ commendat. Si enim portiones & cataporia dulcia forent, & palato grata, si quidquid valetudini & vitibus morbus nocuit, totum restaurarent, quis tandem adversæ valetudinis merum multum angereetur? Non magna esset sanitatis æstimatio, quâ & suavi & potenter remedio nos recuperaturos scirent. *R. P. Segneri S. I. Christi, Instr. Tom. III.*

mus; mors ipsa ut minùs formidata, ita etiam haud paulò faciliior foret. Idem autem cum sit Author & Naturæ & Gratiæ, non est ambigendum, quin quam in corporis, hanc & in animæ morbis curandis tenuerit rationem, & de similibus proportionem quâdam utriusque providerit medicinis. Placuit omnino divinæ Providentiæ, ut quæ propria esse medicinæ diximus, eorum utrumque etiam Pœnitentiæ proprium esset; ut scilicet & ingrata esset utenti planèque insipida; neque omne semper illatum à peccato malum ex toto restauraret, his maximè de causis, ne, si secus esset, Fideles à morbis animæ non abhorrerent; gratiæ, quæ sanitas est animæ

nimæ, possessionem parvi facerent; statum quin etiam culpæ, quæ eorum mors est, adamarent. Supra fidem tamen est, omnem hanc providentissimi Dei curam non sufficere, ut rectè sapiamus. Frequentes admodum illi sunt, qui remedii in Confessione reperti fiduciâ nulla non, quantumvis atrocia, scelera audiant; *aperiam Sacerdoti*: hoc est, non morbum, non mortem timent, remedii quamvis dubii, fiducia. *O stulti & tardi corde ad credendum!* Præ stolidos, & hebetes animos ad intelligenda Fidei nostræ mysteria, & fines Christi in donandis, & instituendis nostrâ causâ Sacramentis! Confido equidem me effecturum, ne hæc porro inter vos temeritas regnet: spero inquam, me impetraturum, ut si quis amentium istorum me audit, rectius ille deinceps sapiat, & geminum agnoscat periculum, cui se exponit, qui gratiæ, Confessionis beneficio recuperandæ, fiduciâ peccat; nimirum aut non ritè confitendi, aut, quamvis ritè confiteatur, tamen æternum perendi.

II. Quoties ad prava Dæmon sollicitat & invitat, duo potissimum animo objicit, præsens unum, futurum alteram; rei vitæ nimirum dulcedinem, & veniæ spem. Sic Fvæ, quamprimum tentavit, pomum obtulit pulchrum visu, addidit spem non incurrendæ pœnæ; *nequaquam moriemini*. Hinc illa tanta Confessionis fiduciâ peccantium multitudo: dicunt hi tacitè: *Dabo operam huic rei illicitæ; en præsentem peccati dulcedi-*

*nam: dein peccatum iterum Confessione expiabo.* En spem veniæ certo obtinendæ. Hæc stulta præsentia primò in casum impellit eatenus puros & innocentes: hæc iterum iterumque præcipitat, qui lux exerat, utq; culpas culpis cumulent, malefantis per suadet: *Jam, inquit, uno peccato obstrictus debeo me sacro Judici sistere: eodem serè negotio de centum peccatis, quo de uno solo me reum peragam; teisdem verbis Sacerdos a multis, quod à paucis me noxis absolvet.* Et cum ita plurimi vivant quàm possunt sceleratissimè, non malè quis dicet, obimanem ita perditè sperantium numerum, complures quotidie hac spe de-  
Enl. 10  
ultra. 6  
Repromis. 11  
 susos, ad Orcum pergere. *Repromissio nequissima multos perdidit.* Ad hanc igitur tam perniciosam opinionem animis plurimorum evellendam, ostendam illis primò gravissimè eos pericilitari de Confessione non ritè peccandæ.

I.

III. Neque obscura huius periculi mihi videretur esse ratio; satis enim isti præ se ferunt, quod ignorent, necessariam prorsus esse se accusanti pœnitentiam, nec ullatenus sufficere, si Sacerdoti peccata narrentur absque ullo de iis admisis dolore. Dixi, ignorent hos tales summam doloris & pœnitentis necessitatem; hanc enim cognoscere, & ita loqui, summæ esset dementia, *Peccabo, & postea confitebor*: perinde enim esset, ac dicere: *admittam hoc scelus: deinde me illius pœnitebit; admittam scelus, & postea mihi, illud admisi-*

lisse, magis displicebit, quam malum aliud quodcumque; admitam hoc scelus, & subinde cupiam illud posse ex anima vel sanguine meo abolere. Quid, nisi insanus, ita secum ratiocinari potest? Edicat quis vestrum: si ipse dissuaderet Juveni Matrimonium cum femina iasami contrahendum; hic verò responderet: ducam illam prius: sed postea me pœnitebit illam duxisse: an non exclamaret: hic cerebro caret; vincite illum; insanus est? Ita sanè quis vestrum diceret; & quâ, obsecro, de causâ? Quia nihil nos efficacius absterret à malè agendo, quàm timor pœnitentiæ, qui carnifex simul est, & crux impiorum.

1. I. *Maxima est peccati pœna, fecisse; nec quisquam gravius afficitur, quàm qui ad supplicium pœnitentiæ ducitur. Quare nisi fatei lubeat, peccantem Confessionis præfidentiam, jam ad insaniam redactum esse, necesse est asserere, quòd nesciat, aut saltem quòd nesciat proprio experimento usque, necessarium esse ad Confessionem veram, verè serò que de admissis dolore.*

IV. Hanc porrò ad pœnitentiæ & doloris necessitatem qui animum non advertit, quâ tandem ratione illum habere curabit? Idem ejusmodi stolido homuncioni evenit, quod peregrino insipienti, qui cum iter grassante latè per Provincias contagione facit, pensî non habet, de literis sibi providere, quibus fides fiat, ipsum è terris lue infectis non esse profectum: unde in Provinciæ limite ultra progredi vetitus non inveniet, quòd respondeat; nisi se existimâsse, talibus

literis non esse opus. Sed non juvat talis excusatio: neque enim stulta hebetudo supplet defectum eorum, quæ necessariò requiruntur; qualia sunt sine quibus sæviene peste commectus peregrè venientibus non datur. Sic in re nostra cum Pœnitentes isti pessimè providi hinc abibunt, ut in cælum pergant, audient: ubi est Confessionis dolor, qui solus in tui similibus fidem sanitatæ recuperatæ facere potest? Domine, reponet Peccator. non existimabam alio dolore esse opus, quàm ut Sacerdori bonâ fide peccata mea recenserem. Sed frivolæ excusationi locus nullus erit, tum quia sæpe hæc ignorantia novæ culpæ rationem habet, utpote nata ex concordia addiscendi necessaria ad animæ salutem; & quanquam hæc ignorantia omnis expertis noxæ esset, supple tamen illa non potest defectum alicujus, lege penitus non dispensabili requisiti, nec efficere, ut valeat Confessio, quæ naturâ suâ dolore constituitur, non ut aliquo, quòd adesse, aut abesse possit salvâ rei naturâ, sed tanquam eo, quo sine res suis omnino partibus non est absoluta.

V. Verùm dato, ejusmodi stultè præfidentem non nescire, sine dolore Confessionem non perfici: quomodo eum in se excitabit, respondendo suâ operatione divinæ Gratiæ excitanti, quantum opus est, si parùm perspectæ illi sint causæ, ob quas dolendum sit? Ostendam vobis, me nihil fingere, aut exaggerare. Dolor, quo Confessio sincera constituitur;

tur, oportet, ut sit vel Contritionis perfectus & omnibus numeris absolutus, vel Attritionis imperfectus & priore ignobilior. At qui peccat illa, quâ dictum, fiducia, nec causas intelligit, quæ ad nobilem illum præstantempore dolorem impellunt, nec illas, quæ excitant ad ignobiliorem: nimis ergo quàm procul ille abest à causis efficientibus in corde dolorem ad veram penitentiam necessarium. Et topimis quidem nescit, quæ causæ ad amorem moveant, quæ tamen ipsæ ad dolorem illum perfectum & nobilem inducunt; si enim illas cognosceret, quomodo contemnere Deum aut veller, aut posset ob hoc ipsum, quod summa æstimatione dignus sit? Quomodo eum offendere, quia tam bonus & benignus? Injurijs lacessere, quia earum tam tolerans est; & tractare quàm pessimè, quia usque ad eum amabilis? Præterea, quod vel maximè cruciat verè dolentem, est injuria Deo per peccatum illata; *Peccavi*, aiebat Job, *quid faciam tibi o custos hominum?* Peccavi, quomodo igitur erga te me geram o Conditor, & Conservator hominum? *Quid faciam tibi* aiebat, non, *quid faciam tibi?* Nec enim de hoc ambigebat; cum constet, Peccatorem ut satis faciat & compenlet damna peccando illata, debere peccatum amarissimè deslere, de eo se accusare, emendare, & quæ imperata fuerint, opera pœnaliter præstare. Hæc ille si fecerit, satis reparabit damna, quæ ipse passus est. Sed ut injuria in DEUM illata reparetur, necesse esset

Job 7.  
20.

posse post peccatum efficere, ne peccatum fuerit; & quia hoc fieri nullâ ratione potest, idcirco dicebat Job; *Peccavi, quid faciam tibi?* Id igitur, quod tam vivum in Penitentibus dolorem parit, non est peccatum, sed peccasse. Peccatum siquidem paratum habet remedium, sic ut deleri penitus possit atque aboleri, ut nihil plane de eo superfit, ut solnebulam dissipat; *Delevi quasi nebulam peccata mea:* atque ita tolli omnino potest luctus & doloris origo. Sed peccasse sine remedio est; unde etiam jure ac merito semper nullo sine deploratur: eaque ipsa de causa dicitur quidem de S. Petro, quod cœperit flere, *cœpi flere*: quomodo autem desierit, nusquam legitur: cum idem illi & flendi & vivendi finis fuerit. Hinc licebit arguere, an, quibus illud familiare est; *peccabo, sed postea confitebor*, vel umbram in animo habere possint causarum ad Contritionem in penitentiam, quæ tam præcipua & ferè unica est, summam Dei honoratam offendisse?

VI. Utinam vel ignobilitatis illius doloris causæ in iis locum haberent; tur enim perfecti amoris & doloris, qui eadem cientur causâ, defectum saltem timor suppleret, & dolorem excitaret minus perfectum. Sed ne hic quidem in animis ejasce modicum habet. Nec amant, nec timeant Deum. Plutarchus scribit, ætate sua fulmen celo lapsum Romæ damni aliud intulisse nihil, quàm ut calcem à militis pede solveret. Hujus omnino sortis esse divinæ Justitiæ fulmina pecca-

peccatores delirant, ita ut post tot  
 minarum fragorem & tonitru, quo  
 Concionatorum, Prophetarum, E-  
 vangelij linguæ contra eos insonue-  
 rant, nulla securura sicut fulmina, aut  
 certe siquod unquam incortum fue-  
 rit, plus ab eo damni accepturi non  
 sint, quàm ut aliqua fortassis ligula  
 rumpatur. DELIM sibi fingunt, qui  
 tam non oderit peccatum, quàm ipsi  
 non oderunt. *Existimasti inique,*  
*quod ero tui similis.* Aut si ab eo ab-  
 horreat talem illum sibi fingunt, qua-  
 lis rex apum esse fertur, qui sic in mel-  
 letorus habitat, ut aculeum in irri-  
 tantes non exerat, totum inquam  
 ex miserationibus compositum, sine  
 admittione Justitiæ. Et hoc sit eum  
 timere? Equidem Sancti longè altiùs  
 sublimiùsque de DEI Bonitate senti-  
 unt, quàm impij; nec tamen interim  
 timere illum desinunt, quia bonus,  
 sed vel ex hoc capite magis eundem  
 metuunt. *Quis non timebit te Domi-  
 ne, quia solus pius es?* Non pugnat igitur  
 Divinæ Misericordiæ clara noti-  
 tia cum timore Justitiæ, sed hunc po-  
 tiùs auget, efficitque, ut altiorem radi-  
 ces agat; cum satis constet, neminem  
 tandem levire justius, quàm qui dissi-  
 mulavit: indulsetque diutiùs. *Super-  
 exaltat Misericordia iudicium.* Insu-  
 per nec illud DEI amicos fugit, quòd  
 etsi invitus Deus ad puniendos reos de-  
 scendit nullum tamen, quantumcumq;  
 exiguum, peccatum sit, cui sua non  
 responsura sit pœna. *Verebar omnia  
 opera mea, sciens quoniam non parceres  
 delinquenti,* omniù velut nomine Job

ajebat. Princeps mansuetus & in  
 subditos benignè affectus mortis sen-  
 tentiam, contra nefarium aliquem  
 latam, chirographo suo non sine la-  
 crymis firmat; sed firmat tamen.  
 Sic & amantissimus humani generis  
 Deus dolet quidem, eum quem con-  
 siderat, ut in cælo novum sidus ful-  
 geret, atrum Inferni carbonem effici,  
 non tamen ideo non suo tempore &  
 fert sententiam, & executioni quàm  
 efficacissimè mandari curat; sed  
 postquam Misericordia DEI illacy-  
 mavit sententiæ ferendæ: *Heu vindi-  
 cabor de inimicis meis;* permittit, ut  
 divina Justitia promeritum suppliei-  
 um firmet, subscribatque, *Et conver-  
 tam manum meam ad te, & excoquam  
 ad purum scoviam tuam.* Sic cælum  
 quoque priusquam fulminibus rec-  
 ram, noxiis vaporibus plenam, feriat,  
 & magno fragore obstantia quæque  
 diffingat ac sternat, velut luctum in-  
 duit, & atris se nubibus vestit; tan-  
 dem nihilominus fulminat, & cum  
 tumultu obvia disjicit ac prosternt.  
 Sic de Magni Dei Bonitate Justitiam senti-  
 unt, & ideo sic confidunt, ut metu-  
 ant; sic metuunt, ut confidant. At  
 impii insani, qui plus de Deo non nô-  
 runt, quàm quantum sufficit ad eum  
 contumelijs afficiendum, utraq;  
 hac virtute carent, neque in ejus Bo-  
 nitate confidunt, sed de ea temerè præ-  
 fidunt; neque Justitiam verè metu-  
 unt. Si autem non metuunt, quo-  
 demum horrore concutentur, dum  
 eum à se offensum cogitant & irrita-  
 tum? hinc potiùs ad risum & hilari-

Prov. 10.  
6.23.

tatem sese excitabunt, ut planè faciunt, nam quasi per risum stultus operatur scelus.

VII. Sed melius istud patebit, si ita differamus. Duo sunt, in malorum genere, summa, quibus animam hominis punire DEUS possit: primum est, si illa detrudat in gehennam, ubi summo Bono æternum privata, ferat in æternum imensam molem miserationum. Alterum est, si novis eam culpis scadari sinat, subtrahendo justissimè auxilia gratiæ suæ opportuna. Videamus modò, quam non timeat Deum impijs aut hanc, aut illam propter calamitatem. Et primò quidem, quòd eum non metuat ut potentem damnare æternum, aperrissimum est, quia sic cum DEO agit, ac si hoc ille nequam posset. Funambulum cogitare, ita ut vestrum quis funis illius extremum manu teneat, cui alteram sui securus inambulat. Si temerarius ille, sub idem ipsum tempus, quo in manu alterius funis est, ipsum rideret, subsannaret, contumelijs profcinderet, injurijs demum quibuscunque posset, irritaret, an meritò diceretur, eum timere? haudquamquam sanè. Nonne autem ita se res habet cum peccatore, qui Deum semel offensus alijs identidem, alijsque culpis irritat, secum mussicans. *Jam alias confiteri noxas debeo & tantundem est de uno, quam de duodecim se peccatis accusare.* Hicne Deum timet, qui ita sentit ac loquitur sub idem illud tempus, quo vita ipsius ex uno Divinæ voluntatis nutu pendet, quæ minore

negotio cadere miserum illum sinit in flamas, æternas, quam is, qui funem manu stringit, eam laxet, sinatque ne robatem illum. injuriosum præcipiti in casu humi affligi? *Deum, qui habet scutum tuum in manu sua, non glorificasti.*

VIII. Altera pœna haud paulò major, quàm Deus animam multare potest, est sinere eam in novas culpas labi, & ubi ita prostrata fuerit, deserere, deq; eà denuo erigenda potè non cogitare. Hoc supplicij genus priore illo tantò majus est, quantum umbra sua Mons aliquis major est. *Eruii animam meam ex inferno inferiori.* dicebat David, ut indicaret illius divini favoris magnitudinem, quo peccati venia ipsi facta fuerat & ruiti me, Domine, ex Inferno inferiore; verè enim si Infernus à peccato (ut sæpius me jam dicere memini) separari posset, sine comparatione minor futura esset calamitas, cadere in Infernum, quàm cadere in peccatum. Deus autem, ut nos hoc supplicij genere omnium atrocissimo puniat, ut sinat, inquam, in sordes peccati cadere, & in ijs computrescere, non alio opus habet, quàm ne suâ nos Gratiâ adjuvet; ita ut novo nos favore non præveniens, hoc est, nihil agens, nos verè reddat miserimos. *Quis non timebit te, ò Rex gentium?* attonitus exclamat Propheta Jeremias. *Quis non timebit te, magne Gentium Rex, cum sine armis, sine machinis, sine ullis alijs medijs, tantùm nihil faciendo, facere possis, ut nihil sint omnia?* Non videtur quò-

quo modo fieri posse, ut ullus uspam  
lit, qui talem Regem non metuat; &  
tamen sunt re ipsa, qui non metuant;  
omnes nimirum Peccatores, sed  
si maxime, qui Confessionis fiducia  
peccant, dum ut minus malum eli-  
gant, quod est malorum summum, &  
quo majus ne divinæ quidem Justitiæ  
brachium potentissimum infligere po-  
test; quod est, permittere, ut culpæ  
culpæ cumulentur. *Appone iniquita-  
tem super iniquitatem eorum.* Dubium  
ergo nullum relinquitur, hujus fari-  
næ peccatorem nullo Dei metu tangi,  
neque propter supplicia, quæ hic po-  
test ipsi irrogare; neque propter gra-  
tiam, quam potest subtrahere. Nul-  
lam ergo cognoscit earum causarum,  
quæ potissimum movere deberent &  
impellere ad sincerum de admittis dolo-  
rem, neque ullum earum sensum ha-  
bet.

IX. Id unum superest, ut cum præ-  
sidentes istos nec præmiorum maxi-  
morum jactura, nec pœnarum à Deo  
intentarum atrocitas ad dolendum  
moveant, ipsa peccati sceditas & tur-  
pitudine impellat. Verum & ista quo-  
modo impellet, ignota, & à tam pro-  
tervè peccantium oculis procul re-  
mota? Si in pretiosissimam sponsæ  
allicujus vestem, quâ ipso solenni nu-  
ptiarum die superba incederet, alteri-  
us incuriã olei aliquid effunderetur,  
nectamen sponsa vestem confestim  
poneret, ut elui tempore labes posset,  
sed vas potius totum exhauriret, ad  
vestem illam suam undique scedè  
commaculandam, cum dicto: Jam  
aliàs mundari illam necesse est: cre-

deretne quisquam eam maculam  
sponsæ horroni esse, ut quæ vel maxime  
personam dedecet, quam ipsa tum ge-  
rit? ego certè induci non possem ad ita  
fentiendum. An non autem id, quod  
sponsa ista, agunt, quicumque aliquâ  
noxâ sordidi alias aliàsque superad-  
dunt propterea, quòd unâ eadèmqe  
operâ elui omnes possint? Isti enim  
pro eo, quòd festinare eos oporteret  
ad abstergendam confestim, providi  
doloris ope, scdam illam labem, quâ,  
Dæmonis invidiã, nitidissima eorum  
Innocentiæ vestis aspersa est, rapi-  
unt ex ejus manibus totam infernalis  
picis, sordidumque ollam, scdissima-  
que illa colluvie animam undique  
conspurcant, ne guttã quidem in vase  
relictã. Hoc non est odisse, non est  
horrere maculas, sed amare: non est  
in lutum, aut stercoreum receptaculum  
casu non præviso præcipitare, sed pu-  
tidissimas has sordes animo destinato  
complecti, arcèque pectori adstri-  
ctas ut gemmam pretiosissimam, reti-  
nere. *Qui nutriebantur in croceis, am-  
plexati sunt stercorea.* Cum ergo pro-  
cul ablit, ut peccati turpitudine isti  
ad ejus detestationem moveri queant,  
aliud jam porro non invenio, unde  
nasci eorum in animis possit tam ne-  
cessarius ad ritè confitendum dolor;  
neque ullam eorum Pœnitentiã inju-  
riam facturum viderem, si S. Joannis  
Chryostomi auctoritatem securus,  
Pœnitentiã ejusmodi appellarem  
Theatralem.

II.

X. Sed quia animus mihi est, viam  
vobis omnem, omnem receptum præ-  
clu-



cludere, nequâ exitus pateat, dabo vobis nunc quidem, quod etiam Pœnitentiæ agenda fiducia peccantes, pœnitentiam subinde, quam oportet, & suis partibus absolutam agatis. An ideo securi estis de salute consequenda? Imò disertè pronuntio, vos, etsi ita bene succedat pœnitentiæ negotium, de salute tamen vestrâ gravissimè periclitari, ob illam præcipuè, quam contrahitis interim, contumacem peccandi assuetudinem. En igitur etiam declinato solerter primo, quod vobis imminere dicebam, periculo, alterum superest, & idem vobis accidit, quod illi, qui ex dentibus & unguibus Leonis, magnâ suâ felicitate, elapsus in

*Amos 5.  
19.* *U. si unguis irruat. Quomodo si fugiat vir à facie Leonis. & occurrat ei Ursus.*

Igitur quisquis tam nullâ curâ iterum iterumque peccando pravam assuetudinem contrahit, de salute sua gravissimè periclitatur: hac enim ratione relabi & relabi redditur illi longè facilissimum & pronissimum, surgere autem & erigere se indies fit difficilissimum; quibus duobus gressibus tenditur ad funestam illam & finalem, quam dicimus, Impœnitentiam. Nolim equidem me quisquam existimet hominem, quem oblectet tristissima quæque ominati & præfigere, id quod retriçis quibusdam spiritibus familiare est; hoc ex hominum genere neque sum, neque vos me ut talem accusare potestis, quando certa & evidentiâ vobis pericula prænuntio. Nonne, si veram dicere non piget, si fornici alicui plus semper ponderis imponitur, quæ autem illum sustinent fulcra & parietes

indies debiliores redduntur, ruina ille semper magis obnoxius redditur? Atqui non alia est eorum conditio, qui pergunt peccare veniæ per pœnitentiam obtinendæ fiducia. Semper desuper augetur pondus peccatorum, miseram animam deo sumurgens, quæ autem illam sustinent Gratiæ fulcra, debiliores redduntur indies: tali autem fornici, tali animæ ruinam prælagire & stragem, non est animi tenebrosi & terri, sed animi prudenti metuensis. Paucis dicamus, quod est. Gemina sunt pondera, quæ toto nisu animam Occum versus deprimunt: unum est pondus internam pravaram assuetudinum, externum alterum, tentationum Dæmonis: utrumque horum ponderum, quod quis peccat sæpius hoc crescit amplius, etsi post admissa peccata deus quis doleat, & verè se: ioque doleat, ac se accuset.

XI. Et hujus scilicet rei cura illi nulla est, nec ad eam animam advertit, qui delirans dicit: *Admittam hoc scelus, & subinde agam pœnitentiam;* Qui ita agit & loquitur, similis est alteri, cujus ædes malè sacræ rectæque pluvias in ipsa conclavium intima admittent, istamen undam pluviam vase aliquo excipere, forasque effudisse contentus non aliter malo provideret. Neque enim ea re totum, quod frequentes afferrent pluvie, damnum amoliretur: interim enim recti trabes sensim computrescerent, harumque corruptio totius secum recti ruinam traheret, nemine etiam aliunde impellente, Idem illis accidet,

det, qui peccata sua in pugiliari, aut  
solamente noiâsse, & foras per con-  
fessionem effudisse contenti, animam  
quidem his foridibus purgabunt, malo  
autem omni remedium non facient:  
neque enim impediunt, quò minùs  
iterum subeant perniciosa: hæ aquæ,  
sensimque graviora damna moltan-  
tur. Computrescent trabes, vires, in-  
quam, animi corporisque debiliores  
reddentur indies, magisque in vitia  
prona, habituum pravorum vi, quos  
reperitæ sæpius culpæ, etiam abolitæ  
per Pœnitentiam, reliquere: atque  
ita tandem quàm parùm à pernicie ul-  
tima aberit, qui sibi de securitate plu-  
debat? Errat, qui sibi persuadet, animo  
à noxis absoluto, pristinum omnem  
vigorem, plenamque mox sanitatem  
restituendam, perinde ac si nunquam  
noxa ulla fuisset contracta: ita ut in-  
fantis e. g. suis flagitiis muliercula  
eum restituatur in gradum, quo est  
virguncula, vix gnata, quid inter dex-  
tram interstit & sinistram. Post ab-  
solutioem à peccatis, teste Angelico,  
remanent reliquæ peccatorum præ-  
teritorum, habitus maximè pravi, et si  
fracti & viribus imminuti, ita ut non  
quàm prius potestate ac libertate domi-  
nentur. Verba S. Doctoris sunt:  
*Nihil prohibet, quin remissa culpâ, re-  
maneant dispositiones ex precedentibus  
actibus causate, que dicuntur peccati re-  
liquie. Remanent tamen debilitata, &  
diminuta, ita quòd homini non dominen-  
tur.* Quando tota acie gemini exer-  
citus congregiuntur, et si vincat alte-  
ruter, non tamen victi ad unum o-  
R. P. Segneri S. I. Christ. Instr. Tom. III.

mnas interneccione delentur. Mul-  
ti quidem cadunt in acie, alii tamen  
vulnerantur solùm, non paucos fuga  
servat. Imò non semel contrigit, tam  
multos fugere, ut ex fuga retracti, &  
strenui Ducis hortatibus animati, di-  
recti consilio: manu adjuvi, victi victo-  
res ipsos proffigarent, subjugarent,  
ignominiatantò majore, quò turpius  
est victores in Triumphum duci, Ita  
ferè se res habent in prælio, quo pec-  
cata à verè pœnitente vincuntur. E-  
quidem absolutione extinguuntur  
noxæ lethales omnes; nec tamen  
idcirco hac in pugna omnes salutis  
nostræ hostes proffigantur, aut ca-  
duntur; vulnerantur aliqui, nec gra-  
viter, doloris vehementioris defectu.  
Istos inter hostes præ ceteris formida-  
biles sunt habitus pravi, quibus fir-  
ut Pœnitens, et si nozarum vinculis  
liber, non tamen eas recuperet vires  
ac robur, quibus antè quàm tot pecca-  
ta cumulare, pollebat.

XII. Insaniunt profectò, qui ita  
secum ratiocinantur. *Sufficit si pœni-  
tentiam agam: admittam hoc scelus, sed  
suo me tempore apud Sacerdotem dolens  
accusabo!* An non enim primò, mors  
opprimere posset nihil minùs opi-  
nantem, sic ut agenda pœnitentiæ,  
& nozarum confessioni tempus non  
suppereret? An non deinde contingere  
posset, dolorem proposi.ùmque  
non esse, qualia oportet, sed alienati-  
onem à peccato procedere ex causis  
merè naturalibus, sicque absolutione  
Sacramentali Gratiã nullâ ratione  
conferri? Denique si absint cetera,

K. k.

an

an non post obtentam noxarum veniam magna adhuc animam premit calamitas, dum manet ingens ad malum, ex peccatis toties iteratis nata proclivitas? Sunt, qui animam non advertant ad illam vim nisi sumque, quo ad peccandum eos dei stabilis assuetudo propellit, atque ideo rem non æstant, quanti par esset. Natura hominis suapte sponte & pondere, quæ est noxæ originariæ malignitas, in scelera, atque adeo deorsum ad Infernum vergit: *Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab aetate sua.* Quid autem fiet, si ad naturam ita depravatam natura accesserit altera, habitus non minus pravus? Hæc illi juncta pondus constituent tam magnum, S. Augustini sententiâ, ut inde nascatur necessitas, seu summa quædam salutem consequendi difficultas. *Dum servitur libidini facta est consuetudo, & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas.* Ita constituti nonnunquam

1.8. Conf  
65. la. Et sic Confessionis Sacramento re-  
Et ac salutariter utentur: sed quia Sacramentum hoc non tollit, ut dicebam, extoto propensionem, ex prioribus peccatis relictam, ad eadem de novo admittenda (sicut nec Baptismi Sacramento auferuntur inclinationes pravae, quæ sunt fructus noxæ originariæ) idcirco in deteriora indices prolabantur peccata peccatis, culpas culpis cumulabunt, ad vitam usque finem: quando id ipsis eveniet, quod senibus, morbo aliquo longiore laborantibus, ut valetudine nunquam recuperatâ, illi commoriantur. Sic

Antesignanus Medicorum: *Quicumque morbi senibus accidunt dicitur nisi magna ex parte ipsi commoriantur.*

XIII. Partem alteram ponderis hujus gravissimi tentationibus suis Dæmon addit; quæ tunc ventus ille vehemens ac tumultuosus, qui cum Jobo satissimum aliter nocere non posset, domum ejus evertebat; at peccatorum domos intactas relinquit, animam verò prosternit. Hæc porò tentationes, hæc hostis capitalissimæ machinationes tantò augentur magis & incrementa sumunt majora, quò major evadit numerus peccatorum. Et ejus rei ratio manifeste est: à quo enim Dæmon potestatem illam auctoritatè que, quæ nobis quodammodo imperat ut Tyrannus, accipit, nisi à peccato? *A quo quis superatus est, in hujus & servus est,* affirmavit S. Petrus. Quisquis ergo peccatorum numerum auget, eadem operâ Dæmonis potestatem auget, & novum illi adversùs se jus tribuit & victorias ejus cumulando, eò usque, dum tandem totus quis pendeat ab arbitrio Dæmonis tam execrabilis. *A quo captivus ventur ad illius voluntatem.* Et verò hæc sunt veteris istius stygiæ arces, Christianis parùm vulgè cognitæ: principio modicè esse contentum, ut subinde accipiat plura, ac deinde totum auferat. *Dixerunt anime meæ incurvare, ut transeamus.* Lucifer bellum suorum operâ & ministerio, principio aliud à nobis non petit, quàm transitum per cor nostrum: non petit in eo divertere, aut moram

trahere longiorem. Admitte, inquit, hac vice istud facinus, accusabis te postea de illo, nec illud aliàs reperes. Gusta nunc tantillum liquorem illum dulcem calicis, quem tibi propino: mox expues venenū, nec unquam postea labris tuis admovebis. Nunc te egestas premit maxima; ne recusa, ad quod ille te invitavit peccatum; ut eius ope ac beneficentiā præsens calamitas sublevetur: admitte provinciam, nuntium illum ad desideratam personam perferendi; mox ab illo te extricabis, & disertis illi verbis denuntiabis, nolle te quidquam amplius operæ conferre ad talia negotia. Nunc inimicum habes inferissimum; ulciscere, quā te ille afficit, injuriam; postmodum autem ad Legis Christianæ amissim vives; nec enim quisquam tibi deinceps molestus erit; ne cum illo luat audaciam; & tu securus arma pones. Audi hostem humanissimum, misimēque importunum; non aliud pro ingenti, quem post se trahit, exercitu petit; quā vim. *Incurvare, ut transeamus.* Anne autem illi fidis? vix tibi, ita est. Juber nos verbis apertissimis Spiritus Sanctus, nunquam illi fidere. *Non credas inimico tuo in aeternum.* Si Monarcha Turcicus Legatum mitteret ad Christianorum Principum aliquem, ad petendum exercitui suo armato transire per arcem, aut urbem Provinciæ propugnaculum; an impetraret? an fides ei haberetur? haud sanè existimo: multo que minus, si urbem illam aliquor mensium spatio suis firmandam præsidiis po-

stularer, cum fide tamen, anno nondum vertente eam reddendi. Miro autem est mirius, quòd quam Turca non invenit à Christianis fidem, hanc Dæmon hostis tantò perniciosior, inque eorum exitum juratus, à multis inveniat, dum sic eos sollicitat. Da mihi animam tuam tantillo tempore; mox illam tibi pleno jure restituum. Sine, meis è Legionibus cohortes aliqua cor tuum occupent, & stativa ibi habeant paucorum mensium spatio: Paschales sub ferias consistere, & si sponte cum meis non emigravero, vel invitum cum dedecore ejicies. *Incurvare, ut transeamus.* O fraudes apertas! & tamen his tam multi circumveniuntur! An nescimus Dæmonem serpentis esse similem, qui quacunque caput immiserit: reliquum deinceps corpus eodem nullo negotio inferat? Maximè arduum Tentatori negotium est in consensu ad primum peccatum extorquendo; tum enim & Gratiā permanente ac stabili fortes sumus, & adjuvamur transeunte, seu opportuno tempore benignè subministratā & singulari DEI providentiā, ut filij dilecti, protegimur, & hostis, qui oppngnat, foris est, nullā adhuc animæ parte occupatā: at ubi primum peccatum arbitrio quis suo admiserit, mox intra ipsum stationem Dæmon capit, medio in corde vexillum, victoriæ suæ signum, statuit; recedit Deus; & quemadmodum Rex abiens totam post se Aulæ appendicem trahit, ita cum DEO Charitas, & pulcherrimus reliquarum virtutum Chorus excedit; Gratiā Sanctificans sub-

trahitur; auxilia opportuna, & suo dari tempore solita, subministrantur parcitius, & anima, arcis instat expugnatae, in hostis victoris manet dirione. Quis jam explicet, quantum rebus sic stantibus animus viresque ad resistendum decrescant, quantum audacia, & libertas hostis crescat in tyrannide exercenda? Et verò re ipsa anima illa, quae primò propè vi adhibitâ ad peccandum pertrahi debuit, volens postea ac libens magnâ suâ voluptate, pergit peccare; quaeque constituerat, transitum tantum hosti concedere, jam illum in quietum plurimum annorum spacio non invita patitur.

XIV. Filij Patriarchae Jacobi in Aegyptum se contulerunt, animo, non longiores sibi moras trahendi, quam necesse esset ad necessaria in summâ annonae caritate ibi coemenda, mox autem paternos ad lares redeundi; sed exitus eorum decretis tam non respondit, ut quatuor exinde integris seculis, cum omni ex se genitorum turbâ, ea in provincia subsisterent; mansissentque semper in servitute miserabili, nisi Deus potenti suo brachio, per signa & prodigia qualia nullâ aetas viderat, nulla audierat, Pharaonicâ illos è tyrannide eripuisset. Etiam illa, nescio quae, ad peccatum inducitur necessitate, siquidem ipsi credimus: ut ille vel eam ducat, vel aliat fame latè grassante, vel vestiat nudam rigente brumâ, vel in lite magni momenti ab alijs destituta adsit. Non id spectat misera, ut vitam ducat longam in illis flagitiis; absit: ubi

nupserit, ubi necessitates illae famis, nuditatis, defecerint; ubi cauis feliciter acta, ad vitam honestam consistim redire deliberatum habet. Talis est ejus destinatio: sed ab hac quàm diversus exitus! Damon, tanquam alter Pharao, qui in hac infelicissima peccati Aegypto summo jure imperat, adeò miseram premit, tot laboribus fatigat & occupat, ut ne quidem de sua miseriâ seridè cogitandi tempus relinquat; & quamquam illa, conscientiae clamoribus excitata, decernat migrare è regione tam infausâ, tot illi difficultates objicit, abitura vestigiis tam numeroso cum milite insilit, ut nisi DEO placeat dexterae suae potentissimae opus exercere, succumbat Damoni; & anima, quae initio non est ausa transitum hosti negare, ipsa jam via & terra fiat, sicut enim illius ejus pedibus calcandum, *Posuisti ut terram tuam corpus tuum, & quasi viam transiensibus: terra quidem, ob peccatorum ab ea ad mortem vilitatem & turpitudinem; via verò, ob eorum admittendorum assuetudinem.* Scio, fieri nihilominus posse, ut vel tum Damon ejiciatur: sed fieri etiam potest, ut non expellatur; & quidquid demum accidat, tam diuturna in ejusmodi anima habitatio animos illi faciat reditum tentandum, haud secus ac canis, etiam fuitibus abactus, redit ad ades, in quibus diu nutritus est: quod canis externus non faceret. Nec redit solum, sed quod deterrimum est, cum pluribus canibus redit se nocentioribus: *Assumit septem alios spiritus secum, nequiores se: efficitque, ut anima*

tot saxissimaru tentationum latratibus  
 conternata, peiore conditione fiat,  
 quam antea: adest illi magis assiduus,  
 custodit attentius, curat, ne agat cum  
 hominibus virtutis studiosis, ne lo-  
 quatur viris Religiosis, ut Concionibus  
 non adfit, Confessarium eligat sibi fa-  
 ventem, quem vel doctrina & peritia,  
 vel animas iuvandi studium deficiat;  
 & sic sunt novissima hominis illius pe-  
 jora prioribus. Minime proinde ob-  
 scurum est, quod quisquis semel adi-  
 tum Diabolo pandit, periculo se ex-  
 ponat, diu illum habendi inquilinum;  
 quoque saepius manus dat impugnan-  
 ti & irruenti, hoc amplius animos &  
 vires illi augeat, ad novam stragem  
 edendam: atque hinc ratum fixum-  
 que manet, verba illa: *Admittam hoc  
 facinus & postmodum confitebor*: ratio-  
 cinationem esse hominis plane stolti-  
 di; qualis esset illa latrunculis luden-  
 tis, qui diceret: perdam hunc calcu-  
 lum, & postea damnum relarciam:  
 quod plures siquidem calculos perdit,  
 tanto fit ipse ad resistendum debilior,  
 partis adversae autem potentia ad vin-  
 cendum fortior.

XV. Necessse igitur foret, ad salu-  
 tem Peccatoris in tuto locandam, ut  
 quantum parte una crescit pravatum  
 propensionum tentationumq; diabo-  
 licarum pondus, tantum parte altera  
 crescerent & firmiora fierent divino-  
 rum auxiliorum fulcimenta. Verum  
 hoc ipsum est, quod stragem & rui-  
 nam proximè arguit impendentem,  
 semper enim hæc fulcra minus firma  
 evadunt, minusque ruinæ sustentan-

da suffectura. Quia autem hoc, quod  
 dicebam, exacte intelligere, est asse-  
 qui veritatem momenti longè maxi-  
 mi ex his, quas hodie proponere est  
 animus, oportebit vos gradatim ac  
 pedetentim ducere, tanquam per vi-  
 am incognitam. Illud igitur ante  
 omnia fixum ratumque esse oportet,  
 solius nostri arbitrii voluntariisque  
 viribus nos ad DEUM converti nullâ  
 ratione posse: & aliter sentire aut cre-  
 dere, error esse certissimo Fidei do-  
 gmati repugnans: *Non potest homo ac-  
 cipere quidquam, nisi fuerit ei datum de  
 celo.* Quin & cum recta ratione pu-  
 gnaret contraria opinio, hæc enim  
 nos docet; morbum quidem consci-  
 scere posse hominem, cum vult, noxia  
 valetudini usurpando; non tamen  
 posse pro arbitrio lætam valetudinem  
 recuperare: medicâ ad id arte est o-  
 pus. *Homo, quando vult, agrotat, S.*  
 Augustini verba sunt, *non quando vult,  
 surgit: ut jaceret, intemperantiam suam  
 habuit necessariâ, ut surgat necessariam  
 habet artificis medicinam.* Quocirca si-  
 cut totius vastissimi Oceani undæ  
 non sufficiunt, ut vel unicam in sua  
 concha elaborent margaritam, sed  
 cæli tantum rore affuso tam nobile  
 naturæ opus perficitur, sic quidquid  
 virium ac facultatum habet natura, ne  
 tantum quidem valet, ut eo voluntas  
 vel unam actionem eliciat salutarem,  
 sed DEI benefici gratia operantem  
 adjuvet necesse est. Quin ne adju-  
 vare quidem sufficit, excitanda est dor-  
 mituriens voluntas, sic illam præve-  
 niendo, ut si Deus prior ad Peccato-  
 rem

rem non convertatur, hic se ad DEUM  
 Job 12.  
 23. convertere nulla ratione possit. *Vocabis me, & ego respondebo tibi*, ajebat Job, ut nos doceret, quanta sit gratiæ illius prævenientis necessitas: his enim verbis ostendit, Cor humanum muto aëro, aut rupi esse simillimum, ex qua Eccho nunquam resonat aut respondet, nisi vox præveniat. *Misericordia ejus præveniet me*. Alitè hæc in animum demittite, AA. Dilectissimi: qui enim fiducia penitentia peccant, ita sanè agunt, ac si certum haberent, suis se viribus, suis facultatibus, cum libuerit, converti ad DEUM posse.

XVI. Alterum, quod hîc tenendum est, principum affirmat, tanto efficaciore intensiorèque DEI gratiâ opus esse ad conversionem, quò plura peccata fuerant coacervata. Ad solvendam glaciem Solis radii sufficiunt: ast ubi glaciem in cystalum indurescere contigerit, nihil jam Sol ardentissimis suis radiis potest; sed mallei tantum grandis ac ponderosi ministerio durissima illa massa in pulverem redigitur. Crystallinam ejusmodi duritiem induit peccatum, cum sæpe iteratur. *Propter multitudinem iniquitatis tua dura facta sunt peccata tua*. Unde ut emolliatur animus Peccatoris marmore durior, non jam sufficiunt communes gratiæ divinæ radii; illo malleo opus est, de quo per Jeremiã Deus loquitur. *Verba mea quasi malleus conterens petram*. Illâ gratiâ opus est, quam S. Augustinus dicere solitus est Triumphaticem.

XVII. Posito hoc utroque certissimo principio, edico vobis, Lege DEI ordinaria & communi, quam Deus plerumque in Providentiæ suæ sanctissimæ operibus sequitur, constitutum esse, ne Deus specialem hanc planèque singularem & abundantem gratiam tuis largiatur, qui culpas culpis, somnum, imò mortem, hujus ipsius gratiæ ope facilè postmodum excutiendi fiducia, cumulando, magis magisque identidem eâ te indignos reddunt. Primum hujusce inæ assertionis fundamentum desumo ex fine primario, quem spectare DEUS solet in miseris nostris sublevandis: quæ est ipsa suæ Majestatis gloria. Quam autem in re nostra consequeretur? Sicunctis, qui tam temerariâ veniæ prædentiâ delinquunt, tam certa esset admissarum culparum gratia, tam non honore ac reverentiâ majore inde afficeretur DEUS, ut etiam illi insultarent Peccatores. Ita discretè affirmat Apostolus. *Deus non irascitur: quæ enim seminaveris humo hæc & metes*. Si ergo hæc metes, quæ seminaverit, si fecerit bene, habebit bene; si malè fecerit, malè habebit. At si plerumque Peccatores, etsi pro libidine peccent, paratam tamen promptamque, non qualemcunque, sed victricem illam triumphaticamque gratiam haberent, ut converti, cum placuerit, possent, an non consequens esset, eos etsi pessima tantum in argis suis semina spargant, messem tamen habere optimam? Atque ita quodammodo in-

in Cant.

sultarent DEO. Et ad hoc aspirant ipsi? *DEUS non irridetur.*

XVIII. Deinde tantopere cordi est Deo, ut magni fiant dona ac munera, quæ pro sua ipse beneficentiâ mortalibus largitur, ut sæpe ea amicis suis, qui milibet enixè petentibus, diu non conferat, ne fortassis citò data vilescant, minorisque æstimentur. *Ne citò data vilescant:* ut loquitur S. Augustinus. Quis ergo sibi persuadeat easdem has gratias profugis à DEO, & tergum illi contemptim obvertentibus passim obtrudi, & vel invidis objici, cum interim amicis carissimis rogantibus negentur? Enimverdò si ita faceret Deus, nulla jam earum esset æstimatio.

XIX. Accedit & illud, quòd pro antea acceptis à Deo donis gratias vel nullas, vel frigide egisse, sæpe DEO causa fuerit sufficientissima alia nova non tribuendi. *Ingratitudo.* si rectè S. Bernardus sensit. *inimica est anima, exinanitio meritorum, beneficiorum perditio.* His enim denique legibus, ut Philo. docuit, stabilitum est inter Conditorum & Creaturas commercium, ut beneficium quidem Creator faciat, creatura autem pro accepto gratias rependat. *Creatoris proprium est benefacere. & Creatura gratias agere.* Quare si commercio huic, ex quo tantum emolamenti in creaturam beneficijs affectam redundat, tollendo satis est, gratias pro acceptis non egisse; an satis non erit eidem penitus abruptendo collatis muneribus turpiter esse abusum, imò in in-

strumenta illa vertisse, quibus tam beneficus amor offenderetur? Hoc utique est ipsam adeò malè tractare Misericordiam, sicque suomet arbitrio ac propria sponte ejusdem se private subsidio ac tuitione: & sicut Atylo, confugientibus ad statuam Principis concessa, non gaudet, qui statuam ipsam tractavit contumeliosè; ita nec dignus est favoribus divinæ bonitatis, quem non puduit eandem Bonitatem despiciatui habere.

XX. Alterum, quod DEUS spectat in suorum distributione beneficiorum est utilitas Electorum. *Di. Rom. 8. ligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Quid autem utilitatis redundaret in Electos, si vel plerumque, vel quàm sæpissimè, præstantissima illa dona sua, quæ molientis & damnandis etiam durissimis cordibus sufficiunt, ijs divina Benignitas largiretur, qui ijsdem abusi quàm possunt pessimè eidem Beneficentiæ illudunt? An non potius hic Providentiæ ordo Electis esset offendiculo? Talem ergo esse verosimile haud quaquam est. *Non relinquet Dominus virgam Peccatorum super sortem Justorum, ut non extendant Justis ad iniquitatem manus suas.* Observant hoc loco Interpretes; etsi nonnunquam sapientissimo Dei consilio felicior sit Impiorum, quàm Justorum fors in ijs, quæ sub aspectum cadunt, nunquam tamen permittere amabilissimam Numinis providentiam, ut passim Impij

Justis



Justis prævaleant, ne isti tamâ illo-  
rum felicitate in transversum acti-  
viam Justitiæ deserant, miseris obli-  
tam: *ut non extendant Justi ad iniqui-  
tatem manus suas.* Quando autem  
unquam felicior esset Impiorum fors,  
quàm si ipsi absque ullo labore, abs-  
que conatu, absque ullis precibus, im-  
mò Dei longanimi patientiâ fœdè ab-  
utendo, illismet, & majoribus etiam,  
gratis passim donarentur, quàm qui-  
bus subinde Justi & Amici donantur?  
Næ ista foret tentatio quâvis aliâ vehe-  
mentior! Secundus ille rerum cursus,  
queny subinde in caducis hisce & in-  
firmis bonis Impii experiuntur, etsi il-  
la non tam vera aliqua prosperitas,  
quàm prosperitatis umbra sit, tantum  
nihilominus negotii sanctissimo Regi  
Prophetæ facillimit, tam eum con-  
cussit vehementer, ut vix ultra in pe-  
deserectus consisteret. *Mei autem*

*Ps. 72. 2. pene moti sunt pedes. pene effusi sunt*  
*gressus mei, pacem Peccatorum videns.*  
Quid igitur fieret, si Impii verâ sin-  
cerâque illâ felicitate, quâ major  
hoc in exilio esse nulla potest, animæ  
suz salutem finalis perseverantiæ be-  
neficio in tuto locandi, eâdem profus,  
quâ Justi Sanctique ratione potirentur?  
eâque potirentur, non postquâ vero do-  
lore & lacrymis peccata sua essent de-  
testati, non postquam eadem plenâ sa-  
tisfactione compensassent, sed post-  
quam in iis per omnem vitam perse-  
verassent, postquam, ut sic dicam,  
Christi ipsius sanguine, tam copiosè  
nostrâ causâ, ad nos irrigandos, robo-  
randos, fructum quotidie majorem

majorémque afferendum profuso,  
per summum nefas essent abusi? *Be-  
nefac Domine bonis & rectis corde;*  
pergit ibidem precari sanctissimus  
Propheta: Domine, si beneficentia  
tuæ thesauros dispertire deliberatum  
habet, si favoribus singularibus ali-  
quos prævenire, donis ornare, que-  
so ne in alios ista, quàm Bonos conse-  
ras: hi enim, cum animo sine recto  
adhuc beneficia cognoscenda, & gra-  
tias pro collatis agendas, arborum in-  
star sunt, quæ plantatæ secus decur-  
sus aquarum tuarum, nunquam non  
suavissimis fructibus abundant. Sed  
herbis istis ac plantis venenatis, que  
pretiosissimo gratiarum tuarum rore  
non ad aliud, quàm ad pestem, quam  
sine finem fovent, augendam utuntur, quid  
facies? Evelle illas, radicitus exci-  
pa, procul abjice; nec enim aliud  
merentur. Equidem passim divinæ  
literæ istud inculcant, quàm diversa à  
forte Justorum futura sit Impiorum  
fors, quàm longe aliter illâ Deo tra-  
ctandi. *Non sic Impii, non sic.* Illud  
geminum, *Non sic*, aperte demon-  
strat, magnum omnino fore, commu-  
nèque inter Justorum & Impiorum  
fortunam discrimen. At si Impii  
feliciter plerumque cederent studia ut-  
tendi sanctissimis fidei Sacramentis ad  
multiplicanda peccata, & tamen salu-  
tem, eâ, quâ Boni illam obrinent, fel-  
licitate consequerentur, hec istis My-  
steria illa serviant ad noxas abole-  
das; quod tandem ingens illud discrimen  
foret; quo horum conditio à  
conditione illorum discerneretur?  
Non

Non bene tantum, sed certâ quadam ratione melius Impii, quam Iusti habentur.

XXI. Quid multis? Sola illa temeritas, quâ Impii sese exponunt periculo gratiam divinam nunquam recuperandi, meretur, ut illam deinceps Deus summo jure ijs denegat. Si enim, qui plus æquo nonnunquam sibi fidunt Iusti, à Deo destituntur, & sinuntur cadere, quis prudens sibi persuadeat, eam Peccatori temerario promptissimè à Deo conferendam gratiam, quâ sine optatissimo vitam hanc claudat, quæ bonis de se ineptè præsumptibus non semel subtrahitur? Deus agere potest de sua gratiâ, quidquid placuerit; novimus; potestque quâ vult mensurâ, & cui vult, eam conferre. Parte interim alterâ, cum non temerè & absurdè, sed sapientissimo consilio illam dispenset, rectè utrique arguimus, quod eandem, saltem sapius, quantâ opus foret, non sit daturus ijs, qui eam, etiam sperando, injuriâ affecerunt; qui-que cum immani scelerum mole, vitæque impurissimâ, se non minùs certò, quàm quisquam alius, quacunque virtute & sanctitate, salutem se consecuturos præsidenter existimarunt; perinde aesti Cælum totum acerbissimè doliturum esset, si eos contingeret exules speratis sedibus excidere. Nascitur hæc præsidencia ex superba opinione, quam de se miseri conceperunt; æquum proinde est, ut eos Deus humillet, & que ipsa demonstret, nihil se ex eorum perditione dispendii capere.

R. P. Segneri S. J. Christ. Instr. Tom. III.

XXII. Finiamus igitur, AA. Dilucidissimi sapienti illo Spiritus S. monito: *Fili peccasti? non adjicias iterum: sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur.* Perpende, ô Peccator malum, quod admisisti: *Peccasti.* Nec peccastitarum, seu admisisti malum malorum maximum, quod admittere filius posset, tergum obvertendo Patri tuo, tuo Creatori, Conservatori, Redemptori & Deo tuo; sed peccasti gravius, quàm alienus quicumque, fidei sanctissimæ lumine non illustratus, quo ipso, cum tuas ille tenebras disjecisset, non pudit uti ad eundem gravius offendendum. Non nescisti, fide magistrâ doctus, sanctissimum Pœnitentiæ Sacramentum, divini Sanguinis pretio paratum tibi ut remedium ad delenda peccata ad te à lapsu erigendum: tu autem sic illo usus es, ut majori audaciâ ac temeritate prolabereris, confusus, quod, quo liberet, momento, erigere te, & surgere posses. *Fili peccasti.* Deum immortalem, quàm grave est, hoc quod admisisti delictum! sit igitur hic tantæ dementiæ finis: *non adjicias iterum:* denuntio enim tibi, quod spe tuâ, si spes dici potest, facillimè frustrari possis. Quo audaciùs aliis alis que peccatis oneras, tantò amplius pravæ propensiones auges (nec purgare te Deo poteris, quasi istud nunquam ex me audisses) & hoc parùm animæ tuæ nocere existimas? Quod initio non erat, nisi vapor tenuis, è terra se elevans, quò paulatim non evadit? primò densatur in nebulam; postea in nubem coalescit.

L I

lescit.

lefcit, mox indurefcit in lapidem, qui mutatus in fulmen magno furore ac imperu rediens tellurem ferit, ex qua prodierat. Hoc ipfum peccato tuo accidet. Iftud enim principio à te contemptum, tanquam aliqua levitas, affuetudine degenerat in tenebras & contumaciam, evaditque tandem favum illud prote fulmen, quod nihil minus opinantem feriat, profterant, & mortem tibi afferat fempiternam. Ne, igitur, *ne adjicias iterum*: quia præter propenfiones & habitus pravyos, qui vires ad refurgendum vehementer minuunt, crefcet præterea, fi peccare perrexeris, Dæmonis vis ac potestas, quam ille in te jam obtinuit, ut denique in Dominum plenum muretur. Sed neque hæc malorum fumma eft; memineris infuper, peccatum tuum displicere Deo optimo, fic, ut nihil illi displicere magis poffit, cum folam oderit iniquitatem, & ejus caufâ fummo etiam odio iniquum profequatur. *Similiter odio funt Deo Impius & Impietas ejus.* Quid fieret proinde, fi Deus odii hujus fui vim fructusque experiri te veller, Gratia: fuæ, parte unâ tam neceffariæ

Exp. 14. 9.

ad falutem tuam, parte verò alterâ tam non debita, ut eâ te reddideris indigniffimum, gratuita ac abundantiffima munera denegando? Si fapis proinde, cave, cave quæfo, denuo pecces: *ne adjicias iterum: fed & de priftinis deprecare, ut tibi dimittantur.* Time potiùs ob illa etiam peccata, quæ jam aliàs Sacerdoti dolens enarrâfti: illacrymare denuo ruz dementiæ, rursùmque te de priftinis intimo cum triftitiæ fenfu accufa. Nec enim certus es, doliffe te olim dolore, qui folus ad Sacramentum fuis numeris abfolvendum fufficit: & fieri profectò potuit, Pœnitentiam tuam fepulchro fimilem effe, albo deforis & arguti epitaphii infcriptione fuperbo, cum intus non nili vermes & putredinem claudat. Habes enim verò, cur meritò de rerum tuarum ftatu dubites: *de priftinis igitur deprecare*: Divinam fupplex opem implora, abjice te, iratum mitiga, precibus eum fatiga, *ut tibi dimittantur.* Quod fiet, fi Cor ille contritum tibi dederit, quod nullam unquam ab eo patitur repulfam.



DISCUR-